desiderium suum ex ipsis nõ
confundetur cum loquetur i
nimicis suis in porta. Gloria
Beati omnes qui timent
dominũ qui ambulãt
in uijs eius. Labores manu
um tuarum quia manduca
bis beatus es et bene tibi erit.
Uxor tua sicut uitis habũ
dans in lateribus domus tue.
Filij tui sicut nouelle oliua
rum in circuitu mense tue.
Ecce sic benedicetur homo
qui timet dominum. Bene
dicat tibi dominus ex syon et

iudeas vona iherusalem ōnibus
diebus uite tue. Et iudeas filu
os filiorum tuorum pacem sup
israel. Gloria. A' pulcra es et
decora filia iherusalem terribi
lis ut castrorum acies ordinata.
℣. Quasi cedrus exaltata sū
in lybano et quasi cypres
sus in monte syon quasi palma
exaltata sum in cades et quasi
plantacio rose in iherico. Deo gr̄s.
℟. Ora pro nobis sancta dei ge
nitrix. ℣. Ad dominum deum no
strum. Sancta dei genitrix.
Gloria patri et filio et spiritu
sancto. Ora pro nobis sancta
dei genitrix. ℣ Exaltata es scā

dei genitrix super choros angelorū
ad celestia regna. Domine exaudi.

Et clamor. Oremus Collecta.
Actis nobis quesumus dñe
uirtus spiritus sancti que et cor
da nostra mundatis tuus clemē
ter expurget et ab omnibus tue
atur aduersis. Collecta.
Famulorum tuorum quesu
mus domine delictis ignosce
ut qui tibi placere de actibus no
stris non ualemus genitricis fi
lij tui domini dei nostri intercessione saluemur. per xpm̄ dominum nostrum. Amen. Benedicamus domino. Deo gr̄s.

Deus Ad uesperas.

In adiutorium meum intende. Domine ad adiuuandum me festina

na gloria. A Beata mater: ps.
Dixit dominus domino
meo sede a dextris meis.
donec ponam inimicos tuos
scabellum pedum tuorum.
Virgam virtutis tue emit
tet dominus ex syon domina
re in medio inimicorum tuorum.
Tecum principium in die
virtutis tue in splendoribus
sanctorum ex utero ante lu
ciferum genui te Iurauit
dominus et non penitebit eum
tu es sacerdos in eternum secun
dum ordinem melchisedech.
Dominus a dextris tuis con
fregit in die ire sue reges Iu

dicabit in nationibus impleb
bit ruinas conquassabit capi
ta in terra multorum De
torrente in via bibet propterea
exaltabit caput. Gla
Laudate pueri dominu
laudate nomen domini Sit
nomen domini benedictum
ex hoc nunc et usq; in seculu.
A solis ortu usq; ad occasum
laudabile nomen domini Ex
celsus super omnes gentes dns
et super celos gloria eius. Quis
sicut dominus deus noster qui
in altis habitat et humilia re
spicit in celo et in terra. Su
scitans a terra inopem et de ster

re erigens pauperem ⁊ col/
locet eum cum principibus cum/
principibus populi sui· in
habitare facit sterilem in domo
matrem filiorum letantem·
Et statuis sum in hys que
dicta sunt michi in do/
mum domini ibimus· Sta/
tes erant pedes nostri in atrys
tuis ierusalem· Ierusalē
que edificatur ut ciuitas cuius
participatio eius in idipsum·
Illuc enim ascenderunt tri/
bus tribus domini testimonium
israel ad confitendum nomi/
ni domini· Quia illic sede/
runt sedes in iudicio sedes sup

dominum dauid. Rogate que
ad pacem sunt ierusalem et
habundancia diligentibz te.
Fiat pax in uirtute tua et
habundancia in turribz tuis.
Propter fratres meos et pro
ximos meos loquebar pacem
de te. Propter dominum dñi
dei nostri quesiui bona tibi.
Nisi dominus edificauerit
domum in uanum
laborauerunt qui edificant
eam. Nisi dominus custo
dierit ciuitatem frustra uigi
lat qui custodit eam. Uanum
est uobis ante lucem surgere
surgite postquam sederitis

qui manducatis panem dolo-
ris dederit dilectis suis sup
num cum hereditas domini filij
mercis fructus ventris. Sicut
sagitte in manu potentis ita
filij excussorum. Beatus vir
qui implebit desiderium suum
ex ipsis non confundetur cum
loquetur inimicis suis in porta.
Lauda hierusalem dominum
laudabit deum tuum syon
quoniam confortauit seras porta
rum tuarum benedixit filijs
tuis in te. Qui posuit fines tu
os pacem et adipe frumenti
satiat te. Qui emittit eloqui
um suum terre velociter cur

rit sermo eius. Qui dat nive
sicut lanam nebulam sicut cy
nerem spargit. Mittit crystal
lum suum sicut buccellas cui
faciem frigoris eius quis susti
nebit. Emittet verbum suum
et liquefaciet ea flabit spiritus
eius et fluent aque. Qui an
nuntiat verbum suum iacob
iustitias et iudicia sua israel.
Non fecit taliter omni na
tioni et iudicia sua non manifes
taverunt eis. Gloria. Alleluia
mater et inupta ancilla gloriosa
sancta regina mundi interede pro
nobis ad dominum. Ymn.
Ave maris stella dei mat

alma atq; semper virgo felix cœli
porta. Sumens illud Aue ga
brielis ore fundata nos in pace mu
tans nomen eue. Solue vin
cla reis profer lumen cecis mala
nostra pelle bona cuncta posce.
Monstra te esse matrem su
mat per te precem qui pro nobis
natus tulit esse tuus. Virgo
singularis inter omnes mitis
nos culpis solutos mites fac et
castos. Vitam presta puram
iter para tutum ut videntes
iesum semper collætemur.
Sit laus deo patri summo
xpo decus spiritui sancto honor
tribus et vnus amen. Cplñ.

Beata es virgo maria que
dominum portasti creatorē
mundi genuisti qui te fecit et ine
ternum permanes virgo. Deo gr̄s.
℟ Christi virgo dilectissima mr
tuum operatrix opem fer mise
ris subvenī domina clamantib⁹
ad te nugiter: ℣ Cui peccato omn
mole premimur et non est qui ad
iuuet. Subvenī domina. Gla
patri et filio et spiritui sancto.
Subvenī domina clamantib⁹
ad te nugiter: ℣ Post partum vi
go inuiolata permansisti. Dei ge
nitrix intercede pro nobis. Ant
Sancta maria. Psalm⁹.
Magnificat anima mea

dominum et exultauit spiritus
meus in deo salutari meo Quia
respexit humilitatem ancille
sue ecce enim ex hoc beatam me
dicent omnes generationes Quia
fecit michi magna qui potens
est et sanctum nomen eius. Et
misericordia eius a progenie
progenies timentibus eum He
fecit potentiam in brachio suo dis
persit superbos mente cordis sui.
Deposuit potentes de sede et ex
altauit humiles Esurientes
implenit bonis et divites dimi
sit inanes Suscepit israel pu
erum suum recordatus misericor
diam sicut locutus est ad patres

nostros abraham et semini eius in
secula. Gloria. Sancta maria
succurre miseris iuua pusillani
mes refoue debiles. ora pro populo
interuem procura intercede prode
uoto femineo sexu. Dñe exaudi

Et clamor. Oremus. Coll:
Eus qui corda fidelium
sancti spiritus illustracione do
cuisti da nobis in eodem spiritu
recta sapere et de eius semper con
solacione gaudere. Collecta.

Oncede nos famulos tuos
quesumus domine deus
perpetua mentis et corporis salu
te gaudere et gloriosa beate ma
rie semper virginis intercessioē

a presenti liberari tristicia et eterna
per truleticia per xpm̃ dm̃m no/
strum. amen. Colecta.
Etiam et a dnma nos om/
nipotens pater pius et misericors
dominus dominice conceptionis
gaudia recolentes ut pia dei gen
trix virgo semper maria mamus
ueneratione per eadem cõmemo
ramus in anictis necessitatib;
tribulationibus et angustijs cõ
solationem nobis impetret et
uiamen. per xpm̃ dm̃m nm̃
nostrum. amen. Benedicam9
dnmo. Deo gracias.

Conuerte nos deus
salutaris noster Et
auerte iram tuam
a nobis Deus in adiutorium

meum intende. Domine ad adu
uandum me festina. Gloria.
A Cum ioanditate. ps.
Usq quo domine oblmisce
ris me in finem usq quo auertis
faciem tuam a me. Quam
diu ponam in consilia in aīa
mea dolorem in corde meo p die.
Usq quo exaltabitur inimi
cus meus super me respice et ex
audi me domine deus meus.
Illumina oculos meos ne
unquam obdormiam in morte
ne quando dicat inimicus me
us prevalui adversus eum.
Qui tribulant me exultabūt
si motus fuero ego autem in

misericordia tua speraui. Exul
tabit cor meum in salutari tuo
cantabo domino qui bona tribu
it michi et psallam nomini do
mini altissimi. Iudica
me deus et discerne
causam meam de gente non scā
ab homine iniquo et doloso eru
me. Quia tu es deus fortitudo
mea quare me repulisti et qua
re tristis incedo dum affligit
me inimicus; Emitte lucē
tuam et ueritatem tuam ipsa
me deduxerunt et adduxerūt
in montem sanctum tuum
et in tabernacula tua. Et i
troibo ad altare dei ad deum qui

letificaꝫ ꝯmientutem meam·
Confitebor tibi in cithara de⁹
deus meus quare tristis es anima
mea et quare conturbas me·
Spera in deo qm̃ adhuc con
fitebor illi salutare vultus mei
et deus meus. Gloria·
Expugnauerunt me
a mmientute mea dicat nunc
israel. Expugnauerunt
me a mmientute mea etenim nō
potuerunt mihi. Supra
dorsum meum fabricauerūt
peccatores prolongauerunt in
quitatem suam. Omnis
inimicus confundatur et tomen

tantur retrorsum oñs qui oderũt
syon. Fiant sicut fenum tecto
rum quod priusquam evellatur
exaruit: De quo non implebit
manum suam qui metet et si
num sinum qui manipulos col
liget. Et non dixerunt qui
preteribant benedictio domini
super nos benedximus vobis
in nomine domini. Do
mine non est exaltatũ
cor meum neq; elati sunt oculi
mei. Neq; ambulavi in ma
gnis neq; in mirabilibus supra me.
Si non humiliter sentiebam
sed exaltavi animam meam
Sicut ablactatus est super

matrem tuam ita retribuisti in aiam
mea. Speret israel in dño ex hoc
nunc et usq; in seculum. Ala.
A. Cum ioca in dilate memoria
beate marie celebremus ut ipa
pro nobis intercedat ad dñm
Deum nostrum. jnus.
Jrgo singularis inter
omnes mitis nos culpis solutos
mites fac et castos. Vitam
presta puram iter para tuti
ut uidentes jhesum semper
collecteminur. Sit laus deo pa
tri summo xpo decus spiritui
sancto honor trinus et vnus
Amen. Capitulum.
Sicut cynamomum et

balsamum aromatizans odo
rem dedi quasi mirra electa dedi
suauitatem odoris. Deo gracias.
℣ Ecce ancilla domini fiat
mihi secundum uerbum
tuum. ℟ Ecce completa. ps.
Nunc dimittis seruum tu
um domine secundum
uerbum tuum in pace Quia
uiderunt oculi mei salutare
tuum Quod parasti ante
faciem omnium populorum.
Lumen ad reuelacionem
gencium et gloriam plebis
tue israel. Gloria. ℟ Ecce cō
pleta sunt omnia que dicta sūt
per angelum de virgine maria.

Domine exaudi. Et clamor meus.

Re igne sancti spiritus renes nostros et cor nostrum dñe ut tibi casto corpore seruiamus et mundo corde placeamus.

Sancti spiritus quesumus dñe cor da nostra mundet mi fluio et tui roris intima aspersione fecundet. Per xpm.

Inclina dñe aurem tuam ad preces nostras quibus misericordiam tuam supplices deprecamur ut animam famuli tui quam de hoc seculo migrare iussisti pacis ac luas regione constituas et sanctorum tuorum iubeas esse

consortes. per xpm̃ dominum nostrum amen. Benedicamus domino. Deo gracias.

Initium sancti euuangelij secundum iohannem.

IN principio erat uerbum et uerbum erat apud deum et deus erat uerbum. Hoc erat in principio apud deum. Omnia per ipsum facta sunt et sine ipso factum est nichil. Quod factum est in ipso uita erat et uita erat lux hominum et lux in tenebras lucet et tenebre eam non comprehenderunt. ffuit homo missus a deo cui nomen erat iohannes Hic uenit in testimonium ut

testimonium perhiberet de lumine.
Vt omnes crederent per illum
Non erat ille lux sed ut testimo
nium perhiberet de lumine.
Erat lux uera que illuminat ō
nem hominem uenientem in
hunc mundum in mundo erat
et mundus per ipsum factus
est et mundus eum non cogno
uit. In propria uenit et sui eum
non receperunt. Quotquot
autem receperunt eum dedit
eis potestatem filios dei fieri
His qui credunt in nomine
eius qui non ex sanguinibꝫ
neqꝫ ex uoluntate carnis neqꝫ
ex uoluntate uiri sed ex deo

nati sunt. Et uerbum caro factū
est. Et habitauit in nobis et uidimus gloriam eius gloriam
quasi unigeniti a patre plenū
gratie et ueritatis. Deo gratias.
Per euangelica dicta deleatur nostra delicta amen. Sit
nomen domini benedictum.
Ex hoc nunc et usq; in seculū.

Oremus. Collecta.

Protector in te sperantiū
deus sine quo nichil est ualidū
nichil sanctum multiplica
super nos misericordiam tuā
ut te rectore te duce sic transeamus per bona temporalia ut
nos non amittamus eterna.

per xpm̃ dominum nostrum. am̃

On doit dire cest oroison quant il tonne ou quant il fait fort temps ou quant on a paour de quelq̃ mauluais esperit et ou naura garde. Rex gloriose vem̃ cum pace. Sancte deus. Sc̃e fortis. Sancte et im̃ortalis miserere nobis. xp̃s̃ regnat. xp̃s̃ imperat. xp̃s̃ ab omni malo nos defendit. Amen. p̃r m̃. Aue maria. pour salue nostre dame.

Salue regina misericordie
Vita dulcedo et spes m̃a
salue. Ad te clamamus exules

filij eue. Ad te clamamus gemẽ
tes et flentes in hac lacrimarũ
ualle Eya ergo aduocata nostra.
Illos tuos misericordes oculos ad
nos conuerte. Et iesum benedic
tum fructum uentris tui. Nobis
post hoc exilium ostende. O cle
mens O pia O dulcis maria. ℣
Elegit eam deus et preelegit eam.
Et habitare eam fecit in tabernа
culo suo. Oremus. Collectã.
Gratiam tuam quesumꝰ
domine mentibus nostris ĩfunde
ut qui angelo nuntiante xpi filij
tui incarnationem cognouimꝰ
per passionem eius et crucem ad
resurrectionis gloriam pduca//

mur. per xpm̃ dominum nr̃m̃.
amen. Benedicamus domino
Deo gracias. ymnus.

Em creator spiritus mẽ
testuorum inscita imple
superna gracia que tu creasti
pectora Qui paracletus dice
ris donum dei altissimi fons
ignis caritas et spiritu
lis unctio. Tu septiformis
munere dextre dei tu digitus
tur rite promisso patris sermo
ni tans guttura Accende lu
men sensibus infunde amorẽ
cordibus infirma nr̃i corporis
virtute firmans perpetim.
Hostem repellas longius pa

cemq; dones protinus ductore
sic te preuio uitemus omne no
cium Per te sciamus da pa
trem noscamus atq; filium te
utrumq; spiritum credamus
omni tempore. Sit laus pa
tri cum filio sancto simul para
clito nobisq; mittat filius cari
ma sancti spiritus amen. ℣ E
mitte spiritum tuum et crea
buntur: et renouabis faciem
terre. Oremus. Collecta.
Deus qui corda fidelium
sancti spiritus illustratione
docuisti da nobis in eodem spi
recta sapere et de eius semper co
solatione gaudere. per xpm dd

nnnnnostrum amen. Les viij.
vers sainct bernard:

Illumina oculos meos ne
unquando obdormiam in
morte nequando dicat inimi
cus meus prevalui adversus eum.
In manus tuas commendo
spiritum meum redemisti me
domine deus veritatis Exau
dias sum in lingua mea notum
fac mihi domine finem meum.
Et numerum dierum meo
rum quis est ut sciam quid de
sit mihi. Descripsisti vitam
meam tibi sanctificabo
ypsum laudis et nomen dñi
invocabo. Desit fuga ame

et non est qui requirat animam
meam. Clamam ad te dñe dixi
tu es spes mea portio mea in terra
viventium. Hac mecum si
gnum in bono ut videant qui
oderunt me et confundantur
quia tu domine adiuuisti me
et consolatus es me. Oremus.
Omnipotens sempiterne
deus qui ezechie regi inde
tecum lacrimis deprecanti vite
spacium protendisti concede mi
chi indigno famulo tuo tantil
lum vite spacium saltem quo ad
mensuram omnia peccata
mea valeam deplorare vemā
et gratiam secundum mam

tuam consequi merear. per
xpm̃ dominum nostrum.
Amen. Memoire de saint ni/
cholas aïst. Copiose caritatis
nicholae. pontifex qui cum deo
gloria nocti palatio condescen/
de supplicamus ad te supplica/
tibus ut eruitos gratia carne
pertrahas ad superos. ℣ Ora
pro nobis beate nicholae. vt di/
gni efficiamur promissiombz
xpi. Oremus. Collã
Deus qui beatum nicho
laum pontificem tuum in
numeris decorasti miracu/
lis tribue quesumus ut eius
meritis et precibus agchemie

mendys liberemur. per xpm
dominum nostrum amen.
Memoire de sainte katherine
Ait. Aue virginum gemma
katherina aue sponsa regis
regum gloriosa aue virga xpi
hostia tua uenerantibus pa
trocinia impetrata non dene
gres. ℣. Ora pro nobis beata ka
therina. ℟ Vt digni efficiamur
promissionibus xpi. Oremus.
Deus qui de ista legem
moysi in similitate montis
synay et in eodem loco corpus
beate katherine virginis et
martiris tue per sanctos an
gelos tuos mirabiliter collo

cam̃ concede propicius ut eius me
ritis et intercessione ad montem
qui xpi⁹ctus est valeamus perue
nire. per xpm̃ dominum nostrum. Amen. Quisquis deinde me-
ditatione
Oret ad te domina
sanctissima maria ma
ter dei pyssima pietate plenis
sima summi regis filia mater
gloriosissima. mater orphanor
consolatio desolatorum mater
rantium salus intercessio omnium
virgo ante partum virgo in
partu virgo post partum. fons
misericordie fons salutis fons
gratie fons pietatis et letitie.
fons consolationis et indulge

te per illam sanctam nimiam
bilem pietatem gratiam mam
amorem et humilitatem. per
quas filius tuus descendit ad ipe
humanam carnem in uenia
bilissimo utero tuo. et in quib;
te respexit quando te cōmenda
uit sancto iohanni apostolo et
euangeliste et quando te exul
tauit super choros angelorum.
Et per illam sanctam humili
tatem in qua respondisti ar
changelo gabrieli. Ecce ancilla
domini fiat michi secundum u
bum tuum. Et per illa gaudia
am gaudia que habuisti de filio
tuo domino nostro ihesu xp̄o. Et

per illam sanctam maximam
et acerbissimam dolorē quem
habuisti quādo filium tuū dnm
nrm ihm xpm ante caiphā nu
datum et ipsa leuiatum uidi
sti pendentē a cruce inulne
ratum sicientem apponi clamā
tem audisti et morientē uidisti.
Et per contractionem uulneri
tuorum et per dolorem cordis quē
habuisti quando uidisti eum
uulnerari. Et per fontes sangui
nis tui. Et per omnem passionē
eius. Et pomnē dolorem cordis
tui. Et per fontes lacrimarum
tuarū. Et cum ōnibus sanctis
et electis dei uenias et festinas

mauxilium meum et consilium
mommibz augustijs et necessita
tibus meis et mommibz illis rebz
in quibus ego sum factus mo
artus aut cogitatus sum ombz
diebus aut noctibus horis atqz
momentis vite mee. et michi
dommu famulo tuo impetres
adilecto filio tuo cõplementu
omnimia et consolatione om
consilio ommi auxilio et adiu
torio ommi benedictione et sãcti
catione ommi salua cõe pace
et prosperitate omm gaudio et
alacritate etiam habundãcia
ommi bonorum spiritualiu
et corporaliu Et gratiam spũs

sancta qui me bene per omnia dis/
ponat, animam meam custodi/
at. corpus regat meam mentē
erigat. Cursum dirigat sensum
seruet mores cōponat actus pro
bet uota et desideria mea perficiat.
Cogitationes sanctas instituat
preterita mala indulgeat pre
sentia emendet et futura mode
retur vitam honestam et hono
rabilem mihi tribuat et vic
toriam contra omnes aduersita
tes huius mundi uerum pacē
spiritualem et corporalem mi
chi tribuat bonam spem kari
tatem et fidem castitatem hu
militatem et patientiam. Quōq

sensus corporis mei regat et prote
gat. Septem opera mĩe comple
re me faciat. Duodecim artica
los fidei et decem precepta legis
firmiter tenere et credere me faci
at. Et a septem peccatis criminā
libris me liberet et defendat usq
ꝙ mi finem Et in nouissimis die
bus meis ostendas michi faciē
tuam. Et annũcias mi diem et
horam obitus mei et hanc supp
plicem oracõem a te suscipias et
uitam eternam michi tribuas
Audi et exaudi me dulcissima
maria mater dei et mĩe. Amen.

Oraison de dieu le pere. ora.

Jre dieu tous puissant

qui dune meisme substance et
de vne eternite avous deuant to⁹
les saeles pmaniere qui ne puet
estre. Ditte uostre fil ame gemer
auec le quiel et auec le saint espe
rit de vous et vn̄ fil procedant.
le ciel la terre et quel conques cho
ses quil il sont visibles et inui
sibles aues tres ie vous adore ie
vous supplie ie vous loe ie vous
glorifie ie requier propicie amoy
pecheur et ne me despitte mue qui
uins oeuures de vos mains saui
uez moy et aidiez moy pour vn̄
saint nom. Amen. Pater n̄.

Oraison aux fil
Jredieu ihesucrist filsde

dieu le vifs qui eſtes vray et tous
puiſſant dieu reſplendeur et y
maige du pere an vne meſme
ſubſtance eſt auec le pere et ſaint
eſperit lõneur ſemblable et ma
ieſtes coeternelle ie vous adore
ie vous loe ie vous glorifie ne ſouf
fres mie ie vous ſupplie que ie pe
riſſe mais ſauues moy et aidie
moy par le don de mẽ ſaincte grace
qui mauues dagnues racheter de
precieulx ſaint ſang amen.
pater nr̃. Aue maria. On ſon

au ſaint eſperit.

Sire ſaint eſperit qui con
ſambles coeternes et de vne ſub
ſtance eſte au pere et au fils et du

œuilx pmamere qui ne puelt estre
ditte procedant qui sur celuy ma
sme nostre seigneur ihesucrist
en espace de xv jours et sur les
sainct apostres en langues de feu
descendus ie vous adore ie vous
loe ie vous glorifie Toutes lois
de moy ie vous supplie toutes
tenebres diniquites et de erreur
de foy et enprenes en moy le
feu de vre treschaulte et tresdou
ce Amour Amen. Pater nr. A
ue maria. Oraison de la trinite.

S Ire dieu tous puissant
pdurable et que entende
ment ne puelt comprendre sen
sin et sen comencement que

vng en trinite et treple en vnite
nous confessons vous seurie a
oure ie vous loe ie vous glorifie
et vens grace a nostre misericor
de et clemence qui de tenebres
de infidelite et de erreur miaue
despoullies et fait ptiapans
de nostre grace parfaittes en
moy leur de misericorde que
vous aues cõmencie et me dõ
ner a despenser parler et faire
vostre plaisir et ptout moy
garder par vostre grace et petie
et moy endigne et chetif pecheur
a vostre vision ottroies puesnr
Amen. Pater noster: Aue ma
ria. Benedictio dominu nostri

ihesu xpisti descendat super
nos et maneat semper: In noīe
patris et filij et spiritus sancti
Amen. On doit dire cest oraison
entre la leuation nrē seigneur
ihesucrist et le tiers agnus dei.

Domine ihesu xpē qui hāc
sacratissimam carnem
de gloriose virginis marie vte
ro assumpsisti et preciosissimū
sanguinem de sacratissimo la
tere tuo pro salute nostra ma
nare cruas effudisti et in gloriosa
carne a mortuis resurrexisti
et ad celos ascendisti et iterum
uenturus es iudicare uiuos et
mortuos in eadem carne hic

ra nos per ipoc sacratissimum
corpus tuum quod modo altari
tractatur ab omnibus ĩmun/
dicijs mentis et corporis et ab v/
niuersis malis nunc et in eni
amen. pater nr̃. Les x cõman
demens de la loy premierement.
Roy. J. dieu et laĩme de tou
te ta puissance. Ne le nure mue
en vain ne ses sains aussy. Sã/
tifie les festes en toy gardant de
peche. Honneur ton pere et ta
mere et charnel et espirituel. Ne
soy mie homicide ne corporel ne
espirituel. Ne prent riens de lau
truy. Ne fay mue fornication
ne adulter. Ne soye mue faulx

telmoing. ſſe cõuoyte mie les cp
ſes daultruy. Amie ton proiſme
cõme toy meſmie. Les.vij. perches
mortelz. Les.vij. remedes.
Origial. Humilite.
Grme. Charite.
Ire. Paciece.
Pereſſe. ffoice.
Auarice. Largeſſe.
Gloutõme. Sobriete.
Lurure. Chaſtete.

Les vn psalmes ·

Domine ne in furore
tuo arguas me neq;
in ira tua corripias
me. Miserere mei domine quo

niam infirmus sum sana me
domine qm conturbata sunt
ossa mea. Et anima mea tur/
bata est ualde sed tu domine us/
q; quo. Convertere domine et
eripe animam meam saluum
me fac propter misericordiam
tuam. Qm non est in morte qui
memor sit tui in inferno autē
quis confitebitur tibi. Labo
raui in gemitu meo lauabo p
singulas noctes lectum meum
lacrimis meis stratum meū
rigabo. Turbatus est a furo
re oculus meus inueteraui in
ter omnes inimicos meos. Di
scedite a me omnes qui opera

mm miquitatem qm̃ exaudiuit
dominus uocem fletus mei. ex
audiuit dominus deprecationē
meam dominus orationem me
am suscepit. erubescant et cō
turbentur uehementer oēs
inimici mei conuertantur et
erubescant ualde uelociter.

Beati quorum remisse
sunt iniquitates et quo
rum tecta sunt peccata. Bea
tus uir cui non imputauit do
minus peccatum nec est in spi
ritu eius dolus. Quoniam tacui m
ueterauerunt ossa mea dum
clamarem tota die. Quoñ die
ac nocte grauata est super me

manus tua conuersus sum m
er in pena mea dum configitur
spina. Delictum meum cog
nitum tibi feci et iustitiam m
meam non abscondi. Dixi
confitebor aduersum me iniu
stitiam meam domino et tu re
misisti impietatem peccati mei.
Pro hac orabit ad te omnis
sanctus in tempore opportuno.
Verumptamen in diluuio
aquarum multarum ad eum
non approximabunt. Tu es
refugium meum a tribulacio
ne que circumdedit me exulta
cio mea erue me a circumdan
tibus me. Intellectum tibi

dabo et mistriam te in via hac qua
gradieris firmabo super te oculos
meos. Nolite fieri sicut equus
et mulus quibus non est intel
lectus. In chamo et freno ma
xillas eorum constringe qui non
approximant ad te. Multa fla
gella peccatoris sperantem au
tem in domino misericordia ac
cumdabit. Letamini in dño
et exultate iusti et gloriamini
Omnes recti corde. Gla.
Omine ne in furore tuo
arguas me neq; in ira tua cor
ripias me. Quoniam sagitte tue in
fixe sunt michi et confirmasti
super me manum tuam. Do

est sanitas in carne mea a facie ire
tue non est pax ossibus meis a fa
cie peccatorum meorum Quo
niam iniquitates mee super gressse sunt
caput meum et sicut onus gra
ue grauate sunt super me In
tumuerunt et computrue sunt cica
trices mee a facie insipientie
mee. Miser factus sum et cur
uatus sum usq; in finem tota
die contristatus ingrediebar.
Quoniam lumbi mei impleti sunt
illusionibus et non est sanitas
in carne mea. Afflictus sum
et humiliatus sum nimis ru
giebam a gemitu cordis mei.
Domine ante te omne de

derunm meum et gemitus meus
ate non est absconditus. Cor
meum conturbatum est dereli
quit me virtus mea et lumen o
culorum meorum et ipsum nō
est mecum. Amici mei et proxi
mi mei adierunt me appropin
quauerunt et steterunt. Et qui
iuxta me erant de longe steterūt
et vim faciebant qui querebāt
animam meam Et qui in
quirebant mala mihi locuti
sunt vanitates et dolos tota die
meditabantur Ego autem
tāquam surdus non audiebā
et sicut mutus non aperiens os
suum. Et factus sum sicut

homo non audiens et non habens
more sicut redargutiones. Qm̄ in
te domine speraui tu exaudies me
domine deus meus. Qm̄ dixi
nequando supergaudeant michi
inimici mei et dum cōmouentur
pedes mei super me magna loquti
sunt. Qm̄ ego in flagella para
tus sum et dolor meus in conspec
tu meo semper. Qm̄ iniquita
tem meam annuntiabo et cogi
tabo pro peccato meo. Inimici
autem mei uiuunt et confirma
ti sunt super me et multiplicati
sunt qui oderunt me inique. Qui
retribuunt mala pro bonis detra
hebant michi qm̄ sequebar bo

nitatem. Ne derelinquas me do
mine deus meus ne discesseris a
me. Intende in adiutorium me
um dominе deus salutis mee.

Misere mei deus secundū
magnam misericordiam
tuam. Et secundum multitu
dinem miserationum tuarum
dele iniquitatem meam. Am
plius lauа me ab iniquitate mea
et a peccato meo munda me. Quō
niam iniquitatem meam ego cognosco
et peccatum meum contra me est
semper. Tibi soli peccaui et ma
lum coram te feci ut iustificeris
in sermonibus tuis et uincas cū
iudicaris. Ecce enim in iniqui

tatibus conceptus sum et in pec-
catis concepit me mater mea.
Ecce enim ueritatem dilexisti
incerta et occulta sapiencie tue
manifestasti michi. Asperges
me domine ysopo et mundabor
lauabis me et super niuem de
albabor. Auditui meo dabis
gaudium et letciam et exultabunt
ossa humiliata. Auerte
faciem tuam a peccatis meis et
omnes iniquitates meas dele. Deus
mundum crea in me deus et
spiritum rectum in nouis in
uisceribus meis. Ne proicias
me a facie tua et spiritum san-
ctum tuum ne auferas ame.

Redde michi letitiam salutaris tui et spiritu principali cō firma me. Doceb o iniquos uias tuas et impy ad te conuertentur. Libera me de sanguinibus deus deus salutis mee et exultabit lingua mea iustitiam tuam. Domine labia mea aperies et os meum annuntiabit laudē tuam. Quia si uoluisses sacrificium dedissem utique holocaustis non delectaberis. Sacrificium deo spiritus contribulatus cor contritum et humiliatum deus non despicies. Benigne fac domine in bona uoluntate tua syon ut edificentur mu

rl ihrusalem. Tunc acceptabis
sacrificium iustitiae oblationes
et holocausta tunc imponent
super altare tuum iuuenes.

Domine exaudi orationē
meam et clamor meus
ad te ueniat. Non auertas fa
ciem tuam a me in quacunq;
die tribulor inclina ad me au
rem tuam. In quacunq; die
inuocauero te uelociter exaudi
me. Quia defecerunt sicut fu
mus dies mei et ossa mea sicut
cremium aruerunt. Percus
sus sum ut fenum et aruit cor
meum quia oblitus sum comme
dere panem meum. A uoce ge

mutus mea adhesit os meum car
ni mee Similis factus sum pel
licano solitudinis factus sum si
cut nicticorax in domicilio. Vi
gilaui et factus sum sicut pas
ser solitarius in tecto. Tota die
exprobrabant michi inimici
mei et qui laudabant me aduer
sum me iurabant. Quia cine
rem tanquam panem man
ducabam et potum meum cū
fletu miscebam. A facie ire in
dignacionis tue quia eleuans
allisisti me. Dies mei sicut ū
bra declinauerunt et ego sicut
fenum arui. Tu autem dñe
in eternum permanes et memo

rialetinim mi generatione et ge
nerationem. Tu exurgens do
mine misereberis syon quia tè
pus miserendi eius quia uenit
tempus. Quoniam placuerunt ser
uis tuis lapides eius et terre eius
miserebuntur. Et timebunt
gentes nomen tuum domine
et omnes reges terre gloriam tu
am. Quia edificauit dominus
syon et uidebitur in gloria sua.
Respexit in orationem humi
lium et non sprevit precem eo
rum. Scribantur hec in gene
ratione altera et populus qui
creabitur laudabit dominum.
Quia prospexit de excelso sanc

to suo dominus de celo in terram
aspexit. Ut audiret gemitus com
peditorum ut solueret filios in
teremptorum. Et annuncet
in syon nomen domini et laudē
eius in hierusalem. In conue
niendo populos in vnum et reges
ut seruiant domino Respon
dit ei in via uirtutis sue pau
citatem dierum meorum nuntia
mihi. Ne reuoces me in dimi
dio dierum meorum in genera
tione et generationem annī
tui. Initio tu domine terram
fundasti et opera manuum tua
rum sunt celi. Ipsi peribunt
tu autem permanes et omnes sicut

uestimentum uetera scent. Et si
cut operto mutabis eos et
mutabuntur tu autem idem ipse
es et anni tui non deficient. Filii
seruorum tuorum habitabunt
et semen eorum in seculum dirigetur. Gloria patri. P
De profundis clamaui ad te
domine domine exaudi uocem
meam Fiant aures tue intendentes in uocem deprecationis
mee. Si iniquitates obseruaueris domine domine quis sustinebit Quia apud te propitiatio est
et propter legem tuam sustinui
te domine Sustinuit anima
mea in uerbo eius speranit aia

mea in domino. Custodia ma
tutina usq; ad noctem speret is
rael in domino. Quia apud do
minum misericordia et copio
sa apud eum redemptio. Et
ipse redimet israel ex omnibus
iniquitatibus eius. Do
mine exaudi orationē
meam auribus percipe obsecra
tionem meam in ueritate tua
exaudi me in tua iustitia Et
non intres in iudicium cum
seruo tuo quia non iustificabi
tur in conspectu tuo omnis in
uiens. Quia persecutus est in
imicus animam meam humi
liauit in terra uitam meā.

Collocauit me in obscuris sicut
mortuos seculi et anxiatus est
super me spiritus meus in me
turbatum est cor meum. Me
mor fui dierum antiquorum
meditatus sum in omnibus
operibus tuis in factis manuū
tuarum meditabar. Expan
di manus meas ad te anima
mea sicut terra sine aqua tibi.
Velociter exaudi me Domi
ne defecit spiritus meus. Nō
auertas faciem tuam a me et
similis ero descendentibus in
lacum. Auditam fac mihi
mane misericordiam tuam
quia in te speraui. Dotam

fac michi uiam in qua ambulē
qnia ad te leuaui animam meā.
Eripe me de inimicis meis dñe
ad te confugi doce me facere uo
luntatem tuam qnia deus me
us es tu. Spiritus tuus bonus
deducet me in terram rectam
propter nomen tuum domine
uiuificabis me in equitate tua.
Educes de tribulatione am
meam meam et in misericordia
tua disperdes omnes inimicos
meos. Et perdes oēs qui tri
bulant animam meam qm̄
ego seruus tuus sum. Gloria.
℟. Ne reminiscaris domine de
lictis nostris uel parentum no

strorum nequ undictam summas
de peccatis nostris. parce dñe
parce populo tuo quem redemisti
sanguine precioso tuo neq; meter//
num irascaris. Letania.
Kyrieleyson Xpiste eleyson
Kyrieleyson. Xpiste audi nos.
Pater de celis deus miserere no//
bis. Fili redemptor mundi deus
miserere nobis. Spiritus sancte
deus miserere nobis. Sancta
trinitas vnus deus miserere no//
bis. Sancta maria. ora pro nobis.
Sancta dei genitrix ( ) or
Sancta virgo virginū. ( ) or
Sancte michael ( ) or
Sancte gabriel. ( ) or

Sancte raphael. ℣ Omnes sancti angeli et archangeli orate pro nobis.
Sce iohannes baptista. ℣ Omnes sancti patriarche et prophete. orate pro nobis. ℣
Sancte petre ℣ or
Sancte paule ℣ or
Sancte Andrea ℣ or
Sancte Jacobe. ℣ or
Sancte Johannes ℣ or
Sancte Thoma ℣ or
Sancte Jacobe. ℣ or
Sancte philippe ℣ or
Sancte Bartholomee. ℣ or
Sancte Mathee ℣ or
Sancte Symon. ℣ or

Sancte Mathia ℞
Sancte Barnaba ℞
Sancte Luca ℞
Sancte Marce. ℞
Omnes sancti apostoli et euāgeliste orate pro nobis.
Sancte Stephane ℞
Sancte Laurenti ℞
Sancte Vincenti. ℞
Sancte ffabiane ℞
Sancte ſſebastiane ℞
Sancte Line ℞
Sancte Clete. ℞
Sancte Clemens ℞
Sancte Quintine ℞
Sancte Cornely ℞
Sancte Cypriane ℞

S.Ancte ypolite ... 01
S.Ancte tyburti ... 01
S.Ancte Gerualj ... 01
S.Ancte Prothyalj ... 01
S.Ancte Dyonisj ... 01
Omnis Sancti martires ... 01.
S.Ancte Martine ... 01
S.Ancte Gregori ... 01
S.Ancte Augustine ... 01
S.Ancte Ambrosj ... 01
S.Ancte Hylari ... 01
S.Ancte Benedicte. ... 01
S.Ancte Nicholae. ... 01
S.Ancte Blasj ... 01
S.Ancte remigj ... 01
S.Ancte Nychasj ... 01
S.Ancte Huberte ... 01

Sancte Eligi 02
Sancte Alexander 02
Sancte Silvester. 02
Sancte Henrice. 02
Sancte Urbane. 02
Sancte Leo. 02
Sancte Sixte 02
Sancte Lupe. 02
Sancte Anthyom 02
Sancte Sixte. 02
Sancte Sranasce. 02
Omnes Sancti confessores. 02
Cā Maria Magdalena. 02
Cā Maria egyptiaca. 02
Sancta Felicitas. 02
Sancta Perpetua. 02
Sancta Agatha 02

Sancta Scolastica or
Sancta Margareta. or
Sancta Katherina. or
Sancta Columba. or
Sancta Aportima. or
Sancta fides or
Sancta Spes. or
Sancta Caritas. or
Sancta Barbara. or
Sancta Anna. or
Sancta Juliana or
Sancta Anna. or
Oms Sancte virgines or te
Oms Sancti et Sancte dei or de
Omnes Sancte virtutes domi-
nationes et potestates regni celo-
rum. ora te pro nobis.

Propitius esto pater nobis
domine. A bomni malo. Libe
ra nos domine. A bra tua.
Libera nos domine. A bin sidi
is dyaboli. L. A dampnacione
perpetua. L. A bimundicia
mentis et corporis L. A bura
et odio et omni mala uoluntate
L. A tempestate et tempestate.
L. A bomni potestate omnium
inimicorum nostrorum uisi
bilium et inuisibilium. L.
A bomni prauo consilio et
mala machinatione illoz. L.
Per misterium sancte in
carnationis tue L. Per sanc
aduentum tuum. L. Per

sanctam et gloriosam natiuita
tem tuam. L. Per sanctum bap
tisma tuum. L. Per carnem
sionem tuam. L. Per sanctū
ieiunium tuum. L. Per sanctā
passionem tuam. L. Per sanc
tam crucem tuam. L. Per sāc
tam resurrectionem tuam. L.
Per sanctam et gloriosam
ascentionem tuam. L. Per
sanctam graciam spiritus sā
paracliti. L. In die iudicij. L.
Peccatores Te rogamus au
di nos. Ut pacem nobis dones
Te rogamus audi nos. Ut eccle
siam tuam regere et defensare
digneris Te. Ut episcopos et

abbens et omnes congregacione
in sancta religione conseruare
digneris. T℞. Ut misericordia
et pietas tua nos custodiat. T℞.
Ut regibus et principibus pa
cem et concordiam conseruare
digneris. T℞. Ut animarum po
pulorum tuum sanguine pre
cioso redemptum conseruare digne
ris. T℞. Ut omnibus fidelibus
defunctis requiem eternam do
nes. T℞. Ut nos exaudire digne
ris. T℞. Agnus dei. T℞. m. Agnus
dei qui tollis peccata mundi par
ce nobis domine. Agnus dei
qui tollis peccata mundi exaudi
nos domine. Agnus dei qui tol

lis peccata mundi dona nobis pace.
Kyrieleyson Christeleyson Kyrieleyson.
Pater nr. Et ne nos
nducas intemptacionem. Sed
libera nos a malo. Esto nobis dñe
turris fortitudinis a facie inimici. Domine exaudi. Et clamor.

Oremus. Collecta.

Deus cui proprium est misereri semper et parcere cui sape deprecacionem nostram ut quos delictorum nostrorum catena constringit misseratio tue pietatis absoluat. Collecta.

Adesto deus omnium conditor et redemptor animabz famulorum famularumq; tua

rum remissionem sanctorum tri
bue peccatorum ut indulgentiã
quam semper optauerunt pys
cuppliacationibus consequantur
Qui unus et regnas deus per ō
nia secula seculorum. Amen.

Dan placebo p̄s dō
Ilex quoniam exau
diet dominus voce
orationis mee. Qui
a inclinauit aurem suam mi

chi et in diebus meis invocabo.
Circumdederunt me dolores
mortis et pericula inferni invene
runt me. Tribulationem
et dolorem inveni et nomen do
mini invocavi. O domine li
bera animam meam miseri
cors dominus justus et deus nr̃
misereturˉ Custodiens parvu
los dominus humiliatus sum
et liberavit me. Convertere
anima mea in requiem tuam
quia dominus benefecit tibi.
Quia eripuit animam meã
de morte oculos meos a lacrimis
pedes meos a lapsu. Placebo do
mino in regione vivorum

gnem eternam dona eis domine.
et lux perpetua luceat eis. A pla/
cebo domino in regione uiuoꝝ.
Ant. Heu me. Psalmus.
Domine ne in furore tuo/
arguas me neque in ira tua corripias me.
Domine miserere mei quoniam infirmus sum
sana me domine quoniam conturbata sunt
ossa mea et anima mea turbata est ualde
sed tu domine usquequo conuertere et eripe
animam meam saluum me fac propter
misericordiam tuam quoniam non est in
morte qui memor sit tui in inferno autem
quis confitebitur tibi laboraui in gemitu
meo lauabo per singulas noctes lectum
meum lacrimis meis stratum meum rigabo
turbatus est a furore oculus meus inueteraui
inter omnes inimicos meos discedite a me
omnes qui operamini iniquitatem quoniam
exaudiuit dominus uocem fletus mei exaudiuit
dominus deprecationem meam dominus
orationem meam suscepit. Erubescant et
conturbentur uehementer omnes inimici mei
conuertantur et erubescant ualde inimici mei
et reuertantur confundantur ualde uelociter
Ant. Libera me domine de uiis iniquis
et a uiris sanguinum eripe me. Quia ecce
ceperunt animam iusti et insidiabuntur
animam meam potentes in me non meam
neque delictum meum domine sine iniquitate
cucurri et direxi me. Exurge in occursum
meum et uide et tu domine deus uirtutum
deus israel intende ad uisitandas omnes
gentes non miseraberis omnibus qui operantur
iniquitatem conuertentur ad uesperam et
famem patientur ut canes et circuibunt
ciuitatem. Ecce loquentur in ore suo et
gladius in labiis eorum quoniam quis audiuit
Ant. Libera me domine de morte eterna
in die illa tremenda quando celi mouendi
sunt et terra dum ueneris iudicare
seculum per ignem. Tremens factus sum
ego et timeo dum discussio uenerit atque
ventura ira quando celi mouendi sunt et
terra. Dies illa dies ire calamitatis et
